Quelle: https://manuscripta.at/?ID=237
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Doctores ecce

Qui me erubuerunt et meos sermones. hunc filius
hominis erubescet etc. ii. veritatis testis et conscius
Iob. xvi. In celo ibi est iudex meus et conscius mex
celso. iii. Ut gloriosi primi certus et prescius. Galathi
vltimo. Michi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri
ihesu xpi. Sap. iiii. Bonorum laborum gloriosus est fructus
Ps. lxii. Pro confusione nostra duplicia et robore
laudabunt partem suam et propter hoc in terra sua duplicia
possidebunt etc. ¶ Secundum Ambrosium potest intelligi et
exponi in hunc sensum quod per reges hic intelligantur
doctores ecclesie et rectores de quibus Ps. Reges thar
sis et insule etc. Qui dicuntur et sunt reges triplici ratione
i. ratione hereditarie originis et hoc quantum ad ordinem suum
gradum i. Pet. ii. Vos autem genus electum regale sa
cerdotium etc. ii. Ratione ecclesiastice potestatis et hoc quantum ad of
ficium. Apoc. v. Fecisti nos deo nostro regnum et sacer
dotes et regnabimus super terram. iii. ratione doctrine et
regiminis quantum ad officii actum et fructum Ps. Et nunc
reges intelligite erudimini qui iudicatis terram
etc. ¶ Congratulatur igitur sibi de perfectione consecuta quantum
ad hoc quod coram ipsis doctoribus ecclesie non erubescebat
predicare et docere misteria divine scripture et hoc propter tres
causas. Primo quia loquebatur sine timore repulsionis
tamquam minister ydoneus. Unde ii. Cor. iiii. ydone
os nos fecit ministros novi testamenti non littera sed
spiritu etc. ii. quia loquebatur sine metu redarguitionis
tamquam doctor verus et sincerus. ii. Cor. ii. Non sumus
sicut plurimi adulterantes verbum dei sed ex sinceri
tate sicut ex deo coram deo ita loquimur. iii. quia loquebatur
sine formidine contradictionis tamquam magister et legis
peritus. Ad Rom. xi. Quamdiu doctor et magi
strum sum ministerium meum honorificabo. i. Cor. ii.
Super omnes docentes me intellexi cuius causam
subdit dicens quia testimonia tua meditatio
mea est.

Et meditabar in mandatis

Septimus gradus qui pertinet ad excellentiam contemplationis
est diligens. i. cum studio et dilectione mixta meditatio
Circa quam tria insinuantur. scilicet cogitatio dilectio et delecta
tio. Meditatio enim est cum dilectione et delectatione mixta
cogitatio. Unde meditatio ista tria includit in se. i. meditatio
ad tentionem rationis quantum ad intellectum. Ps. Meditabar
in omnibus operibus tuis. scilicet intelligendis. ii. intensionem
dilectionis in affectu. Ps. Meditatus sum nocte cum
corde meo etc. iii. extensionem delectationis in actu
et fructu. Prov. xv. Mens iusti meditabitur obe
dientiam. Unde meditatio proprie vocatur cogitatio inten
dens ad providentiam operabilium propter finem ut aliquem
fructum. Ps. iii. Dicite iusto quoniam bene quoniam fructum
ad inimicorum suarum comedet etc. Unde dicit Ambrosius
super hunc locum quod meditationis preceptorum celestium
intentio et finis est operatio et actus ad implenda pre
cepta divina. quod plene innuit versus sequens in quo
subiungit de operatione et actu. Et levavi manus
meas etc. ¶ Unde patet quod ad excellentiam contemplationis
quantum ad meritum pertinet contemplationi intendere propter
rectificandam actionem et ad conformitatem spiritualis
vite quantum est possibile reducendam. Et intelligitur
de excellentia contemplationis secundum statum vie. que non
potest esse continua sine interruptione. sed oportet ut sit
cum ascensu et descensu in scala Iacob sicut dicitur Gen.
xxviii. Quod angelos vidit descendentes et ascen
dentes per eam. scilicet ascendentes ad contemplationem sui
orum et eternorum et descendentes per eosdem gradus ad
dispositionem et regimen inferiorum et temporalium. Horum contempla
tivorum status significatur. Gen. xlix. Per aser. de quo
dicitur ibidem aser pinguis panis eius et prebebit delicias
regibus etc. In quibus verbis notantur circa hanc materiam
tria. Primo bonorum spiritualium delicatissima refectio. i. aser
pinguis panis eius et prebebit delicias. iii. Con
municantium dignitas et conditio. i. regibus. scilicet qui
debent et sciunt regere se et alios. ¶ De primo scilicet
quod eiusdem refectionis ad inferiores communicatio ibi.